quasi in urbi grandi · ita babylonio exercitu cingitur & euadere non
potest · aut certe quae se instar petrae durissimae inexpugnabilem
putat atq; robustam pro soliditate murorum & magnitudine · & dicit;
Quis terrere nos poterit? & quis ingredietur domus nras? Cum e con
trario loquatur dns; Ego uisitabo uos · meum euadere oculum non
poteritis; Visitabo autem uos in pniciem · & reddam uobis fructum
malitiae urae · & ego succendam ignem in saltu uro; Non baby
lonius ut putatis · non rex chaldeorum · sed mea haec omnia ira per
ficiet; saltum autem uocat hierusalem & omnem circa regionem,
quae frugiferas arbores bonorum operum non habet · quod sit incen
dio praeparatus; pulchreq; uallem appellat campestrem quod p(er)uia
sit hostib; & non montem excelsum qui difficulter ascendi potest.
iuxta quod & in isaia dr · uisio uallis sion; Quicquid ad domum regiam
& ad urbem metropolim prophetatur · referimus ad ecclesiasticum
ordinem & principes ecclesiarum: eos dumtaxat qui se superbiae &
diuitiis lasciuiaeq; tradiderint · Nec statim quicumq; domus regiae
est ab interitu liberabitur; Quomodo & qui de stirpe fuere da
uid · pauci admodum sunt inuenti qui placuerint dno · ut ipse dd ·
ezechias & iosias · magnaq; pars principum & stirpis regiae ·
in uniuersum populum iram dni prouocauit; Haec dicit dns;
Descende in domum regis iuda & loqueris ibi uerbum hoc & dices;
Audi uerbum dni rex iuda · qui sedes sup solium dauid · tu & ser
ui tui & populus tuus · qui ingredimini p portas istas · haec dicit
XCIII · dns; Facite iudicium & iustitiam · & liberate ui oppressum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0204